

In einem Gerichte, das von Konrad, Erwähltem von Hildesheim, kaiserlichem Kanzler und sicilischem Legaten anberaumt ist, wird ein Grundstück bei Plazano, auf das Audoisa, Tochter des Ritters Baylard von Oria, Ansprüche erhoben hat, dem Erwählten Girard von Brindisi und den Kanonikern von Oria zuerkannt und werden diese mit dem Streitobject belehnt, bis die Verurtheilte bereit sein wird, in ausreichender Weise Rede zu stehn.

1196 October 18, Brindisi.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto indictionis quintedecime, mense Octobris, decimo octavo ipsius mensis, imperante domino nostro Henrico sexto, dei gratia serenissimo Romanorum imperatore et rege Sicilie, semper augusto, anno regni eius vicesimo sexto, imperii vero septimo et regni Sicilie anno tercio¹, apud Brundusium domino Corrado dei gratia Hildesehemensi electo, imperialis aule cancellario et regni Sicilie legato, pro imperialibus servitiis existente, de suo mandato curia congregata, residentibus in ea comite Rogerio de Balbano et Roberto de Venusio, imperialibus iusticiariis, assidentibus etiam magistro Persico de Benevento, Sarraceno protoiudice Brundusii, magistro Mazulino, Falcone Vigiliarum, imperialis curie iudicibus, et quampluribus aliis viris prudentibus, Girardus venerabilis Brundusinus electus una cum Oritano capitulo pro parte ecclesie appellaverunt Audoysam filiam Baylardi militis de Oria, de quadam terra, que est iuxta casale Plazani, quod casale est Oritane ecclesie. Que terra adiacet ei ex parte orientis et dicitur iure domini ad Oritanam ecclesiam pertinere. Ipsa vero Audoysa per advocatum suum respondit, quod vellet sibi terram, de qua impetebatur, presentialiter demonstrari. Ad quod responsum fuit, quia certa loci designatio, que possessorem instruit sufficienter, de qua impetitur, pro demonstratione rationabiliter computatur, cum ipsa nullam aliam ibi haberet. Cum super isto articulo fuisset aliquantulum disputatum, prefata Audoysa terminum petiit usque mane, ut sequenti die plenius responderet. Tunc dato sibi termino et sequenti die repetito iudicio, eadem

1) Die Daten widersprechen einander. Am 15. August 1195 war das 26. deutsche Königsjahr zu Ende gegangen; das 7. Kaiserjahr begann erst am 15. April 1197, das 3. sicilische Königsjahr am 25. December 1196.